

**1127** d. m. | M. Antonii Antii Lupi<sup>1</sup> pr., | patricii, auguris, quaest., sodal. Titii, trib. | mil. leg. II Adiutr. p̄iae fidel., Xvir. stl. iud., praef. fer. | Lat., cuius memoriam per vim oppressi in | integrum secundum amplissimi ordinis | consultum restituta est.<sup>2</sup> Sepulchrum ab eo coeptum | Claudiae Regillae uxori et Antiae Marcellinae fil. | pietatis suae erga eum testificandae gratia et | nominis eius in perpetuum celebrandi perfecerunt atfines | M. Valerius Bradua Mauricus<sup>3</sup> pontif. et Antonia Vitellia, | amici | Q. Fabius Honoratus, T. Annaeus Placidus.<sup>4</sup>

*Romae extra portam Ostiensem in sepulchro diruto saec. XVI exeunte, descripserunt multi auctores saec. XV et XVI (VI 1545). — 1) Memoratur Antius Lupus inter occisos a Commodo, vit. Commodi c. 7. — 2) Vit. Pertin. c. 7: revocavit etiam eos qui deportati fuerant crimine maiestatis, eorum memoria restituta qui occisi fuerant. — 3) Cf. N. 1128. — 4) Infra insculpti fuerunt versus Graeci et Latini, quorum lacerae tantum partes descriptae sunt.*

**1128** M. Valerius Bradua Mauricus c. m. v.<sup>1</sup>, cos.<sup>2</sup>, pont., sodalis Hadrianae, curator operum publicorum, curator aquarum sacrae urbis et Miniciae, censor provinciae Aquetanicae, procos. provinciae Africae balneum quod vivos inchoaverat, Q. Vi[r]j<sup>3</sup> Egnatius Sulpicius Priscus consularis, pontifex et flamen divi Severi, curator aquarum sacrae urbis et Miniciae eodemque tempore praefectus alimentorum, perfectum Albi[n]-ga[u]nensibus a[t]signavit.

*Albingauni in ora Liguria (V 7785 semel descripta saec. XV exeunte versibus non divisus). — 1) Clarissimae memoriae vir. — 2) Consul fuit ordinarius a. 191. — 3) quiescit traditur; correxi ex titulo VI 1544, ubi Q. Virius Larcius Sulpicius aliquis memoratur cum eodem Bradua Mauricio consule et pontifice, et X 8059, 154.*

**1129** M. Aufidio Frontoni, | pronepoti M. Corneli | Frontonis oratoris<sup>1</sup>, consulis, magistri | imperatorum Luci et Antonini, | nepotis<sup>2</sup> Aufidi Victorini | praefecti urbi, bis consulis<sup>3</sup>, | Fronto consul<sup>4</sup> | filio dulcissimo.

*Pisauri (Olivieri marm. Pis. p. 50, LXIX). — 1) Huius Frontonis titulum vide infra in capite de viris litteratis. Consul fuit a. 145. — 2) Scrib. nepoti. — 3) C. Aufidius Victorinus, Frontonis oratoris gener, consul iterum fuit a. 185. — 4) Est M. Aufidius Fronto consul ordinarius a. 199.*

**1130** C. Fufidio At[tico e. m. v.<sup>1</sup> | C. Fufidius At[ticus v. c. cos. filius et Nerati]a Marullina | c. f. norus.

**1131** C. Neratio Fufidio Anniano | Fufidi Attici c. v. | q. des.<sup>2</sup> fil., | Nerati Prisci<sup>3</sup> cos. | nepoti, | Acci Iuliani cos. | pronepoti, | municipes Sae-pinat]es.

**1132** C. Neratio Fufi]dio Prisco, | Fufidi Attici | c. v. q. des.<sup>2</sup> fil., | Nerati Prisci<sup>3</sup> cos. | nepoti, Acci Iulia]ni cos. pronepoti, | municipes Sae-pi]nates.

*Sae-pini in Samnio (IX 2450. 2452 vidit Dressel. 2454 descr. Caraba). — 1) Egregiae memoriae viro; saeculo II exeunte vel tertio scriptos esse titulos hoc*